



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 40. Fridericus II. Imperator coronatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII.
A.C. 1220.

Hæc sententia die Veneris post Epiphaniam anno millesimo ducentesimo decimo octavo, id est, decimo nono ante Pascha, data est. Guilielmus Segnacensis, suscepito Ecclesiæ Parisiensis Regimine, elapsis exinde mensibus decem & octo, contra sceleratos remedia efficaciora adhibuit. Seditiosorum præpuos conjecit in vincula & carceres, & liisque ex urbe expulsis, pacem & securitatem reduxit.

§. XL.

Fridericus II. Imperator coronatur.

Alb. Stad.
1218.

Fridericum Regem Siciliæ, & antea electum Regem Romanorum, jam diu Honorius Papa vehementer hortabatur, ut Terræ sanctæ succurreret, quod ipse saepe promiserat; sed differenti profectionem prætextus nunquam deerat. Prius Imperator coronari volebat, eoque ardentius, quod ejus æmulum mors abstulisset. Nam Otto Imperator anno salutis millesimo ducentesimo decimo octavo die decima nona Maji anno Imperii sui vigesimo e vita decesserat, qui ut publica signa ederet, quanto peccatorum suorum dolore tangeretur, pedibus puerorum in culina famulantium collum suum calcari voluit, & toto diu-

turni morbi sui tempore quotidie a Pres- Sæcul. XIII.
byteris flagellis cædi, tandem ei Sifridus A.C. 1220.

Episcopus Hildesheimensis absolutionem Th. Cantipr.
impertitus est, ab Honorio Papa deinde lib. II. c. 53.
confirmatam. Tum Fridericus eodem n. 19.

illo anno Rex Romanorum in Comitiis Alb. Stad.
Erfordiæ agnoscitur. Ipse hoc anno 1220 ep. ap.
millesimo ducentesimo vigesimo comi- Rain. n. 2.

tis Francofordiæ celebratis, rebus non
nullis ad suscipiendum in Italiam iter
compositis, filium suum Henricum, nec-
dum infantiam egressum, Regem Roma-
norum eligi jussit, prætexens turbas,
quæ se absente in Germania nasci pos-
sent. Compero deinde, offensum esse
Papam, quod electio Regis se inconsulto
fuisse peracta, ad eum prolixam Episto-
lam dedit, in qua affirmabat, Germa-
niæ Optimates id se invito fuisse mo-
litos.

Sed neutquam hæc excusatio proba- Sup. Lib.
batur Pontifici, satis intelligenti, contra LX. §. 15.
ac ipse optasset, & Fridericus promisisset,
Siciliam Imperio jungi.

Fridericus Longobardiam attigit Ric. S. Ger.
mense Septembri anno millesimo du- 1220.

centesimo vigesimo, cumque Romam
pervenisset, ab Honorio Papa in Basilica
Sancti Petri cum Imperatrice Constan-
tia conjugæ sua in Festo S. Cæciliæ die vi-
gesima secunda Novembris Dominica
ultima post Pentecosten coronatus, de

Oo 3 manu

Sæcul. XIII.
A.C. 1220.

Hon. V. ep.
250. Rain.
n. 21.

5. ep. 310 t.
noverit 49.
de sent. ex-
com.

Const. Frid.
post lib.
Feud.

manu Cardinalis Hugolini Episcopi O-
stiensis Cruce accepta, votum in Terram
sanctam proficisciendi antea editum pu-
blice confirmavit, promisitque, se val-
dum subsidium, ubi Crucesignati mea-
Martio anno millesimo ducentesimo vi-
gesimo primo mare trajicerent, missio-
rum esse, & mense Augusto se ipsum na-
vem consensurum. Inter Missæ sole-
mnia, cum Imperator coronaretur, Papa
excommunicationis sententiam denun-
ciavit contra omnes Hæreticos eorum
que Fautores, ac contra illos, qui sibi
subditos ad Statuta & Consuetudines Ec-
clesiæ Libertati adversas servare com-
pellerent, nisi hos abusus intra duorum
Mensem spatium abrogarent.

Eodem die Fridericus Imperator in
Basilica S. Petri Legem Summi Pontifi-
cis Constitutioni consentaneam promul-
gari jussit, cui ipse pœnas temporales ad-
dit; nempe contra illos, qui conderent
vel servarent Statuta Libertati Eccle-
siasticæ repugnantia, decernit infamiam,
latæ sententiæ, aliorumque Actorum pu-
blicorum abrogationem, atque ut expli-
to anno Imperii Banno percellantur, &
eorum bona cuicunque occupanti con-
cedantur.

Præterea, qui Ecclesiæ vel viros
Ecclesiasticos imperatis tributis vexave-
rint, Banno Imperii subjiciantur, & ad
relig.

restituendum triplum compellantur. Sæcul. XIII.
Terram Quicunque Personam Ecclesiasticam co- A. C. 1220.
sum p- ram Judice sacerdotali sive in judicio civili,
se val- sive criminali persecutus fuerit, jus suum
i ment- amittat, & Judex Jurisdictione sua pri-
simo vi- vet. Eadem poena sit Judicis, si a Cle-
missimo
missio- tico ter monitus ei justitiam non admi-
sum no- nistret. Patarini, Leonistæ, Arnaldistæ
Tæ sole- aliqui Hæretici infamia notantur, eis
ir, Papa publice bellum denunciatur, Banno pro-
denon- scribuntur, eorum opes ærario Principis
eorum- addicuntur, liberi ab hereditate paren-
qui sed tum excluduntur. His adduntur pleræ-
nes Ec- que clausulæ, quæ in Decreto ultimi
e com- Concilii Lateranensis contra Hæreticos
duorum occurunt. Tum sequuntur non nulla
Statuta naufragis, peregrinis in itinere
morientibus, & agricolis faventia. Tan-
dem hanc Imperatoris Constitutionem
Papa confirmat.

§. XLI.

Papa profecitionem sacram urget.

Ceterum Pontifex in omnibus provin- 5. ep. 356.
ciis auxilia Pelusium mittenda ur- Rainald.
gebat. Data Epistola, Archiepiscopum 1221. n. I.
Rotomagensem ejusque Suffraganeos
hortatus est, ut, prædictoribus in totam Bucel. p. I.
illam provinciam missis, Cruce signatos^{p. 18.}
ad arma capienda excitaret. Conrado
Reisembergensi, suo in Germania Lega- ep. 357.
te, antea Ecclesiæ Spirensis Decano, &

O O 4 Mogun-